63.

Q. D. B. V.

NATALEM

VIRI Splendidiſsimi

DN. CASPARIS CHRISTIANI SELIGMANNI,

JCti & Syndici Zittavienſium meritiſſimi,

ad d. 5. Id. Decembr. M DC XCIII.

reverſum,

Alieni potius Nominis, qvam ſui

(ſic tamen ſui,) fiducia

ſacrum eſſe jubet

CHRISTIANUS WEISE, GYMN. RECT.

ZItta diem celebrat, debet cui Lipſia FRATREM:
Qvi tamen abſenti vota propinqva facit.
Sed propior fortaſſe decet præſentia Feſtum,
Ut fraterna fluat, FRATRE vidente, ſalus.
Qvid faciam? veteres niſi me fruſtrantur amores,
Has qvoq; non dubito ſuſtinuiſſe vices.
Aut ego perſonam FRATRE applaudente tuebor,
Carmina vel FRATRIS pectore digna feram.
Naſcere, qvem PATRIS voluit BENEDICTIO Natum,
Naſcere, qvod volumus, tum TIBI, tum PATRIÆ.
Naſcere, NATALIS donec nova gaudia reddat,
Atq; SELIGMANNUS clamet utrinq; PUER.

Zittaviæ,

Typis Michaëlis Hartmanni.

SLUB
Wir führen Wissen.
Christian Weise
Bibliothek